



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 54. Nuntii Pontificii consilium de concinnanda veræ doctrinæ
explanatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„responsione repetentis, animo com-
 „moto eruperit in verba scandalosa, di-
 „cendo, quod ipse non vellet ad hoc
 „respondere: cur enim esset responsurus,
 „eoquod timeret accusationes, vexatio-
 „nes, & calumnias &c.?

Sæcul. XVI.
 A. C. 1585.

§. LIV.

*Nuntii Pontificii consilium de con-
 cinanda veræ doctrinæ
 explanatione.*

Hoc erat illud scriptum Vercellensi *Bajan. l. c.*
 Episcopo exhibitum, cum autem *pag. 209.*
 hic idem Præsul hisce interrogationi-
 bus Bajo propositis novas fuscitari con-
 tentiones vereretur, illud in usum de-
 ducere haud consultum censebat, qua-
 propter ad aliud recurrebat medium,
 quod ad revocandam Facultatis pacem
 magis securum, magisque congruum
 existimabat, decernens, ut Facultas
 mentem suam tali promeret explicatio-
 ne, quæ proscriptis articulis esset op-
 posita, cui tamen omnia Facultatis
 membra sese subscriberent, si hæc ex-
 planatio a summo Pontifice fuisset ap-
 probata, & confirmata: cum autem
 Episcopus urgentibus quibusdam nego-
 tiis Bruxellas reverti cogeretur, Mech-
 liniensi Archiepiscopo hoc consilium
 exequendi negotium dedit: itaque Men-

Sæcul. XVI se Novembri ad finem vergente Joannes
A.C. 1585 Hauchinus Mechliniensis Archipræsul,
 cui Cardinalis Granvellanus Anno Chr-
 sti millesimo quingentesimo octogesimo
 secundo hanc dignitatem cesserat, Hen-
 ricum Gravium tunc Facultatis Deca-
 num accersivit, eique declaravit, quod
 a Pontificis Legato recepisset manda-
 tum, vi cuius curaret, ut hæc doctri-
 næ explicatio quamprimum conscriberetur:
 ergo Decanus Lovanio redux
 conferens hæc mandata Doctoribus con-
 gregatis exponit, atque etiam hanc ex-
 planationem conficiendi curam Joanni
 Lensæo regio Theologiæ Doctore de-
 mandabat, ut postmodum hæc expli-
 catio cunctis traderetur Doctoribus,
 hique desuper scripto mentem suam aper-
 rissent. Id etiam effectui datum est
 anno sequenti.

§. LV.

Parisiensis Universitatis Studium.

*Argentre
 coll. jud. t. 2.
 pag. 459.*

Hoc anno Parisiensis Universitas in
 unum congregata decernebat, ad-
 eundum esse Regem, rogandumque,
 ut jubeat in vinculis detineri, & judi-
 cari quemdam Fratrem Franciscanum
 Italum, qui famosum libellum scripse-
 rat adversus summum Pontificem, &
 Sacræ Romanæ Sedis Cardinales.

Huic